



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De commendatione Obedientiæ. Cap. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

fectio est voluntatis respectu alienæ voluntatis. Subiectio humilitatis respicit personam secundum se, subiectio vero obedientie respicit eam personam cui aliquis subditur in quantum est præcipiens, & personam quæ subditur in quantum est agens. Exemplum harum duarum subiectionum invenire possumus, ut videtur in Christo & Ioan. Mar. 4. Subiectione obedientie subiecit se Ioannes Christo, quando consentit ut baptizaretur Christum prout Christus volebat. Unde dicit ibi Glo. Vera est humilitas quam non deserit ibi comes obedientia. Christus vero subdidit se Ioanni subiectione humilitatis, volens à Ioanne baptizari. Superioris enim est baptizare, & inferioris baptizari. Act. 20. Beatius est dare, quam accipere.

De commendatione Obedientie.

CAP. XI.

Ad commendationem obedientie primo valere possunt admonitiones quæ fiunt in scriptura sacra ad obediendum. Ro. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Eph. 6. Filij obedite patribus vestris in domino. Col. 3. Filij obedite parentibus vestris per omnia. Hebræ. 13. Obedite prepositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim perugilant quasi ratione pro animabus vestris reddituri. ¶ Secundo, admonitio quam nobis facit etiam creatura insensibilis quæ obediens est uniuersaliter creatori suo. in Psal. Præceptum posuit, & non præteribit. Et Baruch 3. Stellæ vocatæ sunt, & dixerunt, Assumus. Itē in Psal. Terminum poluisti quem non transgredientur. Et Matt. 8. Quis est hic, quia & veteri & mare obediunt ei? Ambro. in Hexameron: Non mediocriter pudor est, imperio Dei insensibilia elementa parere, & homines non obedire, quibus sensus ab ipso tributus est auctore. ¶ Tertiò, exempla quæ in sacra scriptura inveniuntur. Et interea specialiter notabilia sunt, exemplum Abrahamæ, & exemplum Christi. Cum homo per obedientiam à Deo recessisset, Deus volens formare sibi populum acceptum, secundum illud Esa. 43. Populum istum formauit mihi, laudem meam narrabit. Abraham, ex quo populus sibi formauit, voluit probare per obedientiam, & per illam placuit ei Abraham. Triplici autem præcepto probauit obedientiam eius. Primum fuit de patrie desertione. Gen. 12. Egredere de terra &c. Secundum fuit de circuncisione. Eiusdem 17. Tertium de filij immolatione. Eiusdem 22. Primum præcepto voluit separare Abraham à his à quibus ipse ortu duxerat. Vltimo vero, ab eo quod duxerat originem ab ipso. Medio vero præcepto voluit eum separare à seipso quantum ad carnalia desideria: circuncisio enim facta in carne, monebat ad resecationem superfluatorum desideriorum carnalium: ideo fiebat in membro illo quo maxime concupiscentia sæuiebat. ¶ Circa ter-

H 2

tiū verò præceptū quod fuit de immolatione filij attēdere possi-
 mus x i i i. pertinētia ad difficultatē illius operis, in quo Abra-
 ham voluit obedire Deo præcipiēti. ¶ Primū est quod Abraham
 voluit ad præceptum domini se sibi charissima carere. ¶ Secun-
 dum est, quod ipse voluit amicissimum occidi. Posset esse quod
 aliquis ad præceptū Dei vellet filio suo carere, ita vt nunquam
 eum de cætero videret, qui tamē nollet eum occidi. ¶ Tertium
 est, quod voluit eum occidi corā se, imò ipsemet manu propria
 voluit hæc facere. Multi enim sustinerent, quod filij eorum oc-
 ciderentur: tamen non possunt hæc accipere vel propria manu
 facere. ¶ Quartū est, quod filius ille erat vnigenitus. Non enim
 habebat alium filium ex libera vxore. ¶ Quintum est, quod im-
 raculosè habuerat eum, quia cū vxore vetula & sterili, quū ipse
 iam esset senex. ¶ Sextū est, q̄ magna promissio facta erat Abra-
 hę de ipso. ¶ Septimum est, q̄ ipse erat solatium matri sue, quod
 notatur ibi cū dicitur. Isaac: quod interpretatur iisus. Dixit
 enim mater sua eo sibi dato: Risum fecit mihi Deus, qui enique
 audierit, corridebit mihi. Gen. 21. Quid dixisset mater Isaac, si A-
 braham reuertēs de eius immolatione, dixisset ei, Immolauit fi-
 lium tuum? ¶ Octauum est, quod voluit eum non solum occidi,
 sed etiam incendi. Vnde dicitur ibi, Offer eum in holocaustum:
 quod interpretatur totum incensum. Noluit ei parcere nec viuo
 nec mortuo. ¶ Nonum est, q̄ voluit eum ducere per triduum ad
 locum immolationis. ¶ Nō est iussus Abraham statim occide-
 re filium, sed per tridū ducere ad immolationis locum, vt lon-
 gitudine temporis tentatio augetur, & crescentibus cutis pa-
 terna viscera cruciaretur. ¶ Decimum est, q̄ non apparebat ali-
 qua præcepti vtilitas. Quæ enim vtilitas innocentem occideret
 damnum verò manifestum erat. ¶ Vndecimum est, q̄ non excu-
 sasset eum autoritas præcipiētis, cū nullus testis affuisset, nec
 crederetur ei, si diceret dominum hoc ei præcepisse. ¶ Duodeci-
 mū est, quod hoc erat rationi contrarium. ¶ Tertiumdecimum
 est, quia nō præcesserat in sanctis patribus huiusmodi obedien-
 tiæ exemplū. ¶ Quartūdecimū est, q̄ omniū ad quorū notitiam
 hoc peruenisset, imminēbat scandalum. Abraham verò accepto
 præcepto tam difficili nō se excusauit, causam præcepti non in-
 terrogauit, sicut faciunt quidā imitatores diaboli, qui ait Ge. 1.
 Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis &c. Item nō pro-
 crastinauit mandatum exequi, nulli consilium communicauit.
 Si aliquid horum fecisset, forsitan meritū amississet, quia domi-
 nus dixisset ei, Nolebam quod taceres hoc, sed ad probandū te
 hoc

hoc dixi
 tiā. Abra-
 buit obe-
 nito pro
 de. In se
 mex. Hoc
 omnibu
 Greg. N.
 bona vo
 in quo v
 cut Abra-
 quit, qu
 mū reli
 bē & v
 reclinet.
 luntā en
 volo. sed
 Et Luc. 2
 holocau
 Parer, si
 diētia, q
 Dei, did
 per expe
 in capite
 Dei obe
 mini ef
 scholis
 diu fue
 Adā
 tum pr
 omnes
 sunt &
 rissime
 tia hon
 paradisi
 eleuati
 ret eis,
 nus ed
 te pote
 quæ v
 filij ob

hoc dixi. Itē attendēdū est quā vtile sit, prōptum esse ad obediētiā. Abrahā enim filiū nō immolauit, & tamen tantū meritū habuit obediētia eius. Gen. 22. Quia nō pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicā tibi, & multiplicabo semē tuū. In eodē. In semine tuo benedicetur omnes gētes, quia obedisti voci meæ. Homo qui prōptā habet volūtatem ad obediendū Deo, in omnibus placet Deo pro infinitis reb⁹ quas vnquā factur⁹ est. Greg. Nō est manus vacua à munere, si arca cordis plena fuerit bona volūtate. Itē voluit Deus probare Christū per obediētiā, in quo volebat sibi formare populū nouū. Christus nō terrā sicut Abrahā, sed cælū deseruit. Ipse matrē suā dilectissimā reliquit, quādo gladius trāsiturus erat animā eius. Luc. 2. Ipse domū reliquit, quia nullā habere voluit. Matt. 8. Vulpes foueas habēt & volucres cæli nidus: fili⁹ autē hominis nō habet vbi caput reclinet. Ipse formam spiritualis circūcisionis dedit, quādo voluntatem patris volūtati suæ praposuit. Matt. 26. Non sicut ego volo, sed sicut tu. Et Mar. 14. Nō quod ego volo, sed quod tu vis. Et Luc. 22. Nō mea voluntas, sed tua fiat. Ipse mandato patris in holocaustum seipsum obtulit. Ioā. 14. Sicut mandatū dedit mihi Pater, sic facio. ¶ Quarto valere potest ad cōmendationem obediētiæ, quod legitur de Christo. Heb. 5. Et quidē cum esset filius Dei, didicit ex his quæ passus est obediētiā. Didicit, inquam, per experientiam. Item dicit in corpore per ea quæ passus est in capite. Ipse fuit & discipulus & doctor obediētiæ. Si filius Dei obediētiā didicit tot laboribus & angustiis, non debet homini esse onerosum addiscere eam, & maxime his qui sunt in scholis ipsius, scilicet in claustris. Valde verecundū erit illis qui diu fuerunt in scholis his, si obediētiæ ignari inuenti fuerint. Adam inuentus est male se habuisse in obediētia, in qua Deus eum probare voluit. Et quā graue disciplinā Deus ei dederit, omnes nouimus. Filij etiā Israël similiter in obediētia probati sunt & durissime flagellati, cum in ea male se habuerūt. Sic durissime flabellabūtur, qui inobedientes inuenti fuerint. Inobediētia hominem de paradiso eiecit. Gen. 3. Obediētia verō eum in paradysum introducit. Luc. vlt. Eduxit eos foras in Bethaniā, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factū est dum benediceret eis, recessit ab illis, & ferebatur in cælum. Felix quem dominus eduxit in Bethaniā, scilicet in domum obediētiæ. Sperare potest quod sit ascensurus in cælum. i. Petr. 1. Sperare in eam quæ vobis offertur gratiam in reuelationem Iesu Christi, quasi filij obediētiæ. ¶ Obediētiā voluit Christus docere & in

mundum istum veniens, & de mundo trāsiens, & in mundo manens. Primum ostenditur Iob 6. Descendi, inquit, de caelo, nō ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Secundum Matt. 26. Non sicut ego volo, sed sicut tu. Io. 14. Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Bern. Memento te fratres Christi, ne perderet obedientiam, voluit perdere vitam: in signum, quod obediendo mandato Patris, mortem sustinebat, inclinato capite emisit spiritum. Io. 19. Tertium Io. 4. Meus, inquit, eibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me. Et iudē. Non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Obedientia est imago caelestis hominis, sicut inobedientia est imago terrestri hominis. 1. Cor. 15. Sicut portavimus imaginem terreni, ita & portemus imaginem caelestis. Eph. 4. Induit novum hominem qui secundum Deum creatus est: id est, opere diuino conceptus, nō opere humano more aliorum hominum.

¶ Quinto commendabilis est obedientia à suo multiplici effectu. Notandum ergo, quod obedientia Dei seruum efficit, quod nō est modicum quid. Si enim seruus regis terreni dicitur esse par comiti, quantum est esse seruum regis aeterni? Obedientia in hoc quod efficit hominē Dei seruum, efficit etiam Deum hominis dominum. Non verè reputat inobediens Deum dominum suum: etsi ore vocet eum dominum. Lucā 6. Quid vocatis me domine, domine, & non facitis quae dico? Inobediens ostendet dominus non fuisse seruos suos, cum regni caelorum ianuam eis clauder. Matt. 7. Non omnis qui dicit mihi, domine, domine, intrabit in regnum caelorum: sed qui facit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum. Magna securitas est habere dominum omnipotentem. Ambr. Mori nō timeo, quia bonum dominum habeo. Beatus est, qui habet hunc dominum. In Psalm. Beatus populus, cuius dominus Deus eius. Item: Beata gens cuius est dominus Deus eius. Item obedientia hominem Christi fratrem efficit, imò quasi omni genere attinentiae attinentē. Ecc. 33. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima: quasi fratrem sic tracta illum. Mat. 12. Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Simile Marc. 3. Itē obedientia Deo praestat obsequium acceptissimum. 1. Reg. 15. Nunquid vult dominus holocausta & victimas, & non potius ut obediatur voci domini? Melior est obedientia quam victimarum. Ecclesia. 4. Multo melior est obedientia, quam stultorum victimarum. Licet Deus nos non exaudiat quandoque ad voluntatem, ut exaudiat nos ad utilitatem

tem: d
mus, ip
suam v
quum v
est, atre
faciam
mine h
nis sen
in dom
monis
est Spin
tui, qu
Bethan
tur. Io
sus Ma
venit B
bus, qu
decim.
Lazaru
vereri v
li obed
Item o
super
perio
nam n
pietia
do vfe
indui
Christi
dixi,
tē De
cit en
iuber
q̄ cū
velle
intel
cū co
se cu
lum
Bene
tia.

tem: eò quòd ipse scit quid nobis expèdiat, nos verò hoc nescimus, ipse tamen vult vt seruiamus ei ad eius voluntatē, non ad suam vtilitatē, cùm ipse bonorum nostrorum non egeat, vt quum volūtas eius semper recta sit. Ecc. 35. Salutare sacrificium est, attendere mandatis. Deut. 12. Quæ præcipio tibi, hoc tantum facias: non addas quicquam, nec minuas. ¶ Item obedientia in homine habitaculum Deo quasi excidit, expellēdo è corde hominis sensum proprium & propriam voluntatem. Vnde dominus in domo Simonis leprosi discubuit. Luc. 7. sed non in domo Simonis Cyrenæi, qui crucē domini feri in angaria, vbi vnctio deest Spiritus sancti, & ideò murmur est ibi. Eccl. 33. Præcordia facti, quasi rota carri. Rota carri si vncta non fuerit, murmurat. Bethaniæ quod interpretatur domus obedientiæ, Christus vngitur. Ioan. 12. Ipse illos diligit qui ibi habitant. Io. 11. Diligebat Iesus Marthā, & sororem eius & Lazarum. Cùm deest ei hospitium, venit Bethaniam vt ibi hospitetur. Marc. 11. Circūspectis omnibus, quum iam vesperā esset hora, exiit in Bethaniam cū duodecim. Gl. Vt quòd in vrbe nō inueniebat, in agro paruulo apud Lazarum & sorores eius haberet hospitium. Tunc in hospitiō veri virginalis filius Dei receptus est, quum Maria verbo angeli obediuit. Luc. 1. Fiat, inquit, mihi secundum verbum tuum. Item obedientia hominem super se leuat. Thren. 3. Leuabit se super se. Nisi corpus esset sociatum spiritui vt sensu eius & imperio regeretur, non ascenderet ad hoc vt remunerationē æternam mereretur. Sic vit simplex per obedientiam ascendit ad sapientiam, & mōres maiorum à quibus regitur, imò quodammodo vsque ad Deū ascendit dū seipsum exiit, & Deū quodammodo induit. ad Gal. 2. Viuo ego: ego iam non ego, viuit verò in me Christus. Sic quodammodo deificatur homo, secundum illud: Ego dixi, Dij estis. Et non solū deificatur quo ad sensum & voluntatē Dei que assumitur, sed quodammodo quo ad potestatem. Facit enim diuina & mira: vt patet in Petro, qui obediens Christo iubenti, ambulauit super aquas. Mat. 14. Et Greg. refert in dialo. q̄ cū placidus puer in flumine post vas suū demersus esset, cū veller aquam haurire, beatus Benedictus in cella existens & hoc intelligēs, dixit Mauro, Frater Maure, curre, quia puer ille in lacū cecidit, & eum longius trahit vnda. Maurus autē existimans se currere super terrā, cucurrit super aquā, & eductū per capillum extraxit. Qui postea reuersus ad se attribuit hoc sanctitati Benedicti. Sed beatus Benedictus attribuit hoc bono obedientiæ. ¶ Obedientia ponit hominem in excellentissimo statu, &

in præfenti & in futuro. Primum ostēditur Deut. 27. Si audieris
 vocem domini Dei tui, faciet te dominus Deus tuus excelsus
 cunctis gētibus. Secundum ostensum est cuidā patrum in exal-
 posito, qui vidit quatuor ordines ante Deū. Primus erat homi-
 num Infirmantiū & gratias Deo agentiū. Secundus, eorum qui
 fuerant hospitaes. Tertius, eorum qui solitudinem sectantur, &
 non vidēt homines. Quartus, eorum qui propter Deum & obe-
 diētiam solliciti sunt subiecti patribus. Erat autem hic ordo su-
 perior illis tribus, & maiore gloriam præ cæteris habebat, vti
 torque aurea. Et quum quæreret senex, quare hoc? Responsum est
 ei, Quoniam omnes alij habēt requiē adimplendo proprias vo-
 luntates, quāuis in bonis operibus: hic autem omnes voluntates
 suas relinquens, totus pendet in voluntate patris iubentis. Mei-
 tō qui hic nullā habent requiē, in futuro summā habebunt ad
 Phil. 3. dicitur de Christo, Factus obediēs vsq; ad mortē &c. Pro-
 pter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod
 est super omne nomē. ¶ Itē obediētia Deū glorificat. Esa. 48. Si
 glorificaueris eū dū non facis vias tuas: & nō inuenitur volun-
 tas tua, vt loquaris sermonem, tūc delectaberis super dominum:
 sustollam te super altitudinem terræ &c. Multū glorificat Deū
 verē obediēs qui facit beneplacitū Dei, cum Deus etiam hoc
 mandat ei per vilem personam, & tanto maior est Dei gloria,
 quanto persona vilior. Ideo verē obediēs meritō à Deo glorifi-
 catur. 1. Reg. 2. Quicūque honorificauerit me, glorificabo eum.
 Ecc. 10. Semen hominum honorabitur hoc, q̄ timet Deū: semen
 autē hoc exhorabitur, quod præterit mandatū domini. ¶ Itē
 obediētia, quod vult à Deo impetrat. Greg. Si obediētes fuerit-
 mus præpositis nostris, obediēt Deū orationibus nostris. Aug.
 in lib. de opere monachorum: Citius exauditur vna oratio obe-
 diētis, quā decē millia contemptoris. 1. Io. 3. Si cor nostrum
 non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deū, q̄ quicquid
 petierimus ab eo, accipiemus, quia mādata eius custodimus. Et
 post illud ad Heb. 5. Exauditus est pro sua reuerentia, subditur
 tanquam causa illius exauditionis: Et quidē eū esset filius Dei,
 didicit ex his quæ passus est, obediētiam. Obediētia est quæ
 dicit illud Can. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi. Deus enim fa-
 cit ac si esset totaliter cum obediētia: quia obediētia est totali-
 ter cum illo. Verē obediētes dicunt illud ad Ro. 14. Nemo nos-
 trum sibi viuit. Item obediētia à periculoso mari huius mūdi
 liberat. Obediēs nauē petriāst huius mūdi. Sap. 14. Exiguo li-
 gno credunt homines animas suas, & transeuntes mare per ra-

tem liberati sunt. Exiguum lignum est humilis obedientia. Facta est quasi noui instititoris. Prouerb. vlt. Qui in naui est, etiam quiescens & comedens vel bibens procedit, quia alieno motu mo-
 uetur. Sic obediens qui in religione est, etiam quiescens, com-
 edendo & bibendo meretur. ¶ Itē obedientia hominem ditat. Nec
 mirum, cū de suo nihil expēdat, quia nihil suū reputat: & cū in
 cunctis quæ agit voluntatem alterius facere intendat, ideo pro
 omnibus quæ agit meritò remunerationem expectat. Multæ fi-
 liz cōgregauerunt diuitias. Pro. vlt. Obediētia verò supergressa
 est vniuersas. Quis est qui quandoque nō faciat multa speciali-
 ter pro se, de quibus nō expectat remunerationē nisi ille qui sub
 obedientia viuūt? Item obedientia quasi equus in paradysum va-
 dit, alieno sensui & alienæ voluntati quasi pedibus alienis inni-
 tendo. Ideo velocius vadit, quia pedes quibus innititur velocius
 sunt propriis. Multi in religione valde surgunt mane, & fre-
 quenter ieiunant, qui si essent in seculo, minus secum agerent.
 Propter eandem causam obedientia nō maculatur. Prou. 3. Via
 eius via pulchræ. Propter eandem causam legitur: Siquidem
 enim culpæ vel periculi est in eo quod ei iniungitur, superio-
 ris est qui portat, cuius sensui & voluntati ipse innititur, nisi ma-
 nifestum peccatū sit illud quod ei iubetur. De ea videtur scriptū
 esse illud Psal. In manibus portabunt te, ne forte offēdas ad la-
 pidem pedē tuum. Itē obedientia hominem expedit & exoneratū
 reddit, cū obediēs à seipso alieniatus sit. Alij enim incūbit soli-
 citudo pro ipso & temporaliter & spiritualiter. Ideo non solum
 potest currere, sed etiam volare. Si tamē obediētia habeat duas
 alas sibi cōiunctas, scilicet voluntariam paupertatē & castitatē.
 Apoc. 12. Datur mulieri duæ alæ aquilæ magnæ vt volaret in
 desertum. Ber. Magna penna paupertas, qua tam cito volatur in
 caeli. Nā in aliis virtutibus quæ sequuntur, promissio futuro tē-
 pore iudicatur: paupertati verò nō tā promittitur, quā datur.
 Castitas etiam magna penna est quæ hominē expedit ab illa de-
 lectatione qua difficilimum est hominē bene vti, & fortissima
 occasione peccandi, scilicet à muliere per quā diabolus Adā de-
 iecit. Ge. 3. Et quā Iob reliquit, vt per eam eum deiceret. Iob. 2.
 dixit illi vxor sua, Adhuc tu permanes in simplicitate tua? ¶ Itē
 obedientia facit hominē triumphare. Prou. 21. Testis mendax
 peribit, vir obediens loquetur victoriam. Testis mendax est qui
 professus est obediētiā, & eā nō seruat: q̄ in presenti perit, cū in
 bello spiritali succūbit: & in futuro peribit, quia eternaliter dā-
 nabitur. Exēplum habemus de hoc in populo Iudaico qui pro-

misit se seruaturum legem. Exo. 19. Omnia quæ locutus est dominus, faciemus. Itē Iosue 1. Omnia quæ præcepisti nobis, faciemus. Cū verò transgrediebatur legem, vincebatur. Iosue 7. Anthea in medio tui Israël est, nō poteris stare corā hostib⁹ tuis. Adā similiter factus inobediens suo superiori, habuit repugnanti suum inferius. Gene. 3. Qui comedit, & aperti sunt oculi eius. Glo. Augu. Anima rationalis motus bestiales in carne sua habuit. Et subditur: Motus iste de transgressione veniebat. Et 1. 2. 11. legitur de Salomone: Fecit Salomon, quod non placuerat coram domino. Et subditur: Et suscitauit dominus aduersariū Salomoni. Sic accidit ei qui in religione est, qui obedientiam non seruat ei cui promissit, & domin⁹ permittit eū impugnari & vinci: & sic perit qui propriā voluntatē in religione vult sequi, quā alius perditionis. Iob 17. Nemo perit ex eis, nisi filius perditionis. Verē filius perditionis est qui volūtariē laqueū sibi iniecit quo periturus erat. Pro. 6. Illaqueatus ex verbis oris tui. Verē filius perditionis est qui de loco salutis facit sibi locū damnationis & quū esset liberatus de mari huius mūdi, & iam ingressus nauē religionis, vbi etiā periclitatur. Act. 28. Vtique hominū da est, qui cū euasit de mari, vltio diuina nō permittit eū vitare. Vir obediens potest loqui victoriam, quia habet nobilissimū genus triūphi: sicut antiqui patres habita victoria solebāt canere canticum laudis & gratiarū actiones. Nobilissimū genus triūphi est seipsum vincere: quod facit vir obediens. Vnde Super. 1. 1. Melior est obediētia &c. Dicit glo. Greg. Vir obediēs loquitur victorias. Dū enim aliē voci humiliter subdimur, nosmet ipsos in corde superamus. Pro. 17. Melior est qui dominatur in domo suo, expugnatore vrbiū. Multi vrbes & regna sibi subiungarūt, qui tamē ad hūc triūphum nobilē nō peruenerūt. Hic triūphus proprius est hominis. Vincit leo vel aliud animal cetera animalia, sed seipsum vincere nō potest. Sen. Qui seipsum vincit, cōtra omnia fortis est. Obediens Deo subiectus est: & merito cetera ei sunt subiecta, & nihil ei repugnat. Deus in obedientia pugnat, ideo non est mirū, si ipse triūphat. Leui. 26. Si præceptis meis ambulaueritis &c. persequemini inimicos vestros, & corruent coram vobis. Itē obediētia animā ornat. Vnde inauris est aurea quā celestis spūs dat animæ. Pro. 25. Inauris aurea, & margaritū fulgēs, qui arguit sapientē & autē obediētē. Margaritū fulgēs inauri aureæ decenter iungitur, & doctrina mentem illuminans anti-obediēti vtiliter proponitur. Dat Eliezer Rebecca in aures aureas. Genesi. 24. Et amici

dant ei in autem, & ouem Iob vlt. Item obedientia ecclesiam le-
 gitur. Eccl. 3. Qui obedit patri, refrigerabit matrem. Hominem
 glorificat, ad Rom. vlt. Vestra obedientia in omnem locum diuul-
 gara est. Item hominem castificat a libidine propria voluntatis. 1.
 Pet. 1. Animas vestras castificantes in obedientia charitatis. Item
 obedientia conseruat animam. Prouer. 19. Qui custodit mandatum,
 custodit animam suam. Obedientem merito custodit Deus tanquam
 suum. Prou. 29. Verbum custodiens filius, extra perditionem erit. Eccl.
 1. Qui custodit preceptum, non experietur quicquam mali. In Vi-
 tis patrum cuidam seni cum deessent necessaria vitæ, precepit
 discipulo suo, vt iret in vicum ad ministrum qui solebat ei neces-
 saria deferre. Et ille licet timeret tre propter scandalum: tamen
 dixit se iturum propter bonum obedientiæ. Cui senex: Vade,
 confide in Domino, & proteget te ab omni retractione. Cum autem
 venisset frater ad ostium ministri senis, aperto ostio inuenit ibi
 filiam ministri solam, quæ amplexata eum cepit eum allicere ad
 commisionem carnis, amplexas eum. Et cum vrgeret eum cogitatio-
 nes, clamauit ad Dominum, dicens: Domine propter oratio-
 nem eius qui me misit salua me ex hac hora: & statim inuertus
 est ad flumen iuxta monasterium suum, & reuersus est ad patrem
 sine macula. Item obedienti obediunt omnia, & creator & crea-
 turæ. De creatore, habetur Iosue 10. Non fuit postea tam longa
 dies, obediens Domino voci hominis. De creaturis vero multa
 habes exempla in Vitis patrum. Quidam de senioribus misit disci-
 pulum suum ad hauriendam aquam, & erat puteus remotus a
 cella. Discipulus vero oblitus funem venit ad puteum, & pro
 longitudine viæ non audens reuerri pro fune, ne forte contristaret
 seniore, prostravit se in oratione, & sugens de oratione, cla-
 mauit, O putee putee, misit me seruus Iesu Christi abbas meus
 vt hauriam aquam, & statim ascendit aqua ad os putei, & impleuit
 frater lagenam, glorificans potentiam Saluatoris. Aqua autem
 putei reuersa est ad locum suum. Item in Vitis patrum Abbas
 Paulus precepit discipulo suo Ioanni vt afferret ei simum bouis, qui
 erat ei necessarius ad utensilia. At ille ait: In loco vbi simus est
 habitat leena. Cui abbas, Si venerit super te, alliga eam, & duces
 eam tecum. Iuit Ioannes & inuenit leenam irrudentem super eum,
 qui voluit eam tenere, sed ipsa aufugit. Ioannes vero sequeba-
 tur eam, dicens, Abbas meus precepit vt alligatam ducam te ad
 eum: & statim bestia substitit, & tenens eam reuertebatur ad mo-
 nasterium. Quod cum vidisset Abbas, ne forte discipulus inde
 extolleretur, dixit ei: Sicut tu insensibilis es, ita insensibilem
 bestiam

bestiam adduxisti: solue, & dimitte eam vt pergat ad locū suū.
 Item obedientia homini pacem dat. Prouer. 12. Qui timet praecepta, in pace versabitur. 1. Macha. 14. Siluit terra Iuda omnibus diebus Simonis. Siluit: id est, quieuit, vel pacē habuit. Eia.
 48. Vtinā attendisses ad mandata mea, fuisset quasi flumen parua. Item obedientia hominem benedicti facit. Deut. 11. Propono vobis benedictionē, si obedieritis mādati Domini. Eiusdem.
 28. Venient super te omnes benedictiones istae, & apprehendent te, si tamē praecepta eius audieris. Benedictus tu in ciuitate, &.
 Item facit hominem beatum, Matth. 16. Beatus es Simon, &c. Prou. 19. Qui custodit legem, beatus est. Obedientia in praefecti hominem dignū praelatione efficit. Vnde Simonē praefecit Dominus ceteris apostolis. Matth. 16. 1. Machab. 2. Simon frater vester scio quod vir consilij est: ipsum audite semper: & ipse erit vobis pater. In vita beati Philiberti dicitur: Praesse non audeat, qui subesse non didicerit. Nec obedientiā à subiectis implorat, qui eā praelatis exhibere nō nouit. Obedientia etiā ad regnum introducit. Matth. 18. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Inobedientia clauem paradisi amisit, sed obedientia eam recuperauit. Vnde Simoni Petro dictum est Matth. 16. Tibi dabo clauem regni caelorum. Obedientia vitam hominis feliciter consummat. Iob 36. Si audierint & obseruauerint, complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria. Si autem non audierint, transibunt per gladium. ¶ Sexto valere possunt ad commendationē obedientiae verba sanctorū quae videntur ostendere praeminentiā huius virtutis ad alias virtutes. Simonē praefecit Dominus ceteris apostolis. Matth. 16. Tibi dabo clauem regni caelorum. Et obedientia secundum verba sanctorū praeminere videtur ceteris virtutibus. Greg. in Moral. Sola obedientia virtus est, quae ceteras virtutes menti inserit, insertaq; custodit. Solent in terra arbori agresti duo ramunculi, alicuius nobilis arboris, deinde arbor quae prius erat agrestis, producit flores, fructus, & folia secundum naturam arboris nobilis à qua ramunculi sunt assumpti. Sic obedientia alienum sensum & alienam voluntatem assumit, & cordi eius qui promittit obedientiam inseruntur, & iam cor illud secundum sensum & voluntatem sui superioris operatur. Item dicit Greg. quod obedientia non tam est virtus, quam mater virtutum, quod ideo potest intelligi esse dictum, quia obedientia producere potest motus omnium virtutum. Omnes enim possunt iuberi: & si aliquis producat motus illos, quia virtus est, obedientia sunt. Itē super illud Gen. 2. Ligetumq; scilicet

boni & mali. dicit gl. Aug. Obedientia sola verissima est vir-
 tus, creaturæ rationali sub Dei potestate degenti. Quod potest in-
 telligi dictum esse, Primo, quia obedientia perficit hominem ex parte
 illa qua habet comparationem ad Deum sub quo est, & respectu actus
 qui est nobilissimus tanquam finis hominis. Fini enim optimum in
 quoquoque. Hic actus est observatio mandati divini. Eccl. vii.
 Deum time, & mandata eius observa: hoc est omnis homo. Hoc
 tenet Aug. in hoc quod post illud. Obedientia sola est verissima vir-
 tus, subdit: rationali creaturæ sub Dei potestate degenti. Secundo
 potest hoc intelligi dictum propter meritum, ad quod valet multum
 obedientia. Vade super illud Gen. 2. Lignumque scientiæ, dicit Aug.
 Oportebat ut homo sub domino positus ab aliquo prohiberetur, ut
 esset ei virtus merendi obedientia. Dum aliquis intendit facere volunta-
 tem propriam, nec videtur mereri apud semetipsum. Ab illo enim
 merces expectatur cui servitur, vel cuius voluntas fit. Non mere-
 tur ergo apud alium, nisi qui vult facere eius propriam voluntatem, quod
 est obedientia. Greg. Sola est obedientia que meritum fidei possidet.
 Tertia, propter maiorem difficultatem. Virtus enim est circa diffi-
 cultatem. Iuxta Sapientem: & nomen virtutis a vi videtur esse dictum. Diffi-
 cillimum autem videtur esse agere contra se, quod facit obediens,
 quod sonat nomen obedientiæ. Obedere est contra audire, scilicet
 contra proprium sensum & propriam voluntatem. Greg. super 1.
 Reg. 15. Melior est obedientia quam victima, quia per victimas
 aliena caro, per obedientiam vero propria caro maceratur. Obe-
 dientia quasi quoddam martyrium est. Greg. Tanto Deum quisque
 placat, quanto repressa arbitrii sui superbia gladio præcepti
 se immolat. Obediens quasi proprium caput sibi amputat pro
 Christo, & caput sibi Christum constituit, vel eum qui loco eius
 est. Qui martyrium pro Christo sustinet, unam voluntatem sibi
 amputat: scilicet voluntatem vivendi, sed iste omnem voluntatem.
 Obedientia maxime voluntati propriæ detrahit, & ideo virtuti
 maxime addit. Sapienter: Hoc solum virtuti adicies, quod propria
 voluntati detraxeris. Poëta: Est virtus, placitis abstinnisse bonis.
 Propterea que dicta sunt, amanda est obedientia a fidelibus tan-
 quam mater eorum. 1. Pet. 1. Sperate in eam que offertur vobis
 gratiam, in revelationem Iesu Christi, quasi filii obedientiæ.

De his que possunt iuvare Obedientiam. CAP. III.

Sequitur de his que possunt iuvare obedientiam. Et notandum
 quod quinque sunt que valere solent ad hoc quod aliquid sit ma-
 gis tractabile vel flexibile, & similia his possunt valere ad hoc
 quod eorum aliter sit inobediens. Primum est exilitas. Ut patet in

virg.